Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2085
Quelle:
Copyright:

Decreta num. 58. vide apud Gavant. in init. Thesau. Sac. Rit. et plurima alia in mea prax. canon. T. I. lit. J. de Judic. n. 43. fol. 777. ad fol. num. 791. Sequitur *Index Materiarum* a voce *Abbas. Absolutio. Acolythus* &c. usque ad vocem *Versiculi. Vesperae. Vestes.* Articuli universim CXXIV. e diversis Scriptoribus liturgicis studiose congesti. Addam de Autore apud *Joecherum* desiderato, quae comperi. Exactis *Romae* 20 annis ad eos, quos supra notavit, pervenit titulos. His accessere deinceps dignitas Protonotarii Apost. Familiaris Aulae Caes., Consiliarii eccl. *Moguntini*, et Praepositi Ecclesiae Collegiatae *B. M. V. in Solio Carinthiae.* Edidit. *Anacephalaeosin ceu brevem Rem Diplomaticam supremi*, ut vocat, *Angelici Constantiniani Heracliani Primi Ordinis S. Georgii.* Posonii 1722. 4. *Praxin Canonicam.* Aug. Vindel. 1728. f. Opusculum *de Origine et Praxi sacrorum Rituum.* Ibid. 1734. 4. *Praxin Moralem* pro Parochis et Confessariis. Ibid. 1735. f. *Annotationes Theoricopracticas ad Tractatum de Decimis Job. Petri Monetae* c. *Centuria S. Rotae Rom. Decisionum recentior. et recentiss.* Ibid. 1737. f. An repetito in *Praefatt.* de uberiore Doctrina etiam Civili et Criminali edenda promisso deinceps se exsolverit, ignoro.

DCCCXLIX.

R. 989 Codex chartaceus ital. Sec. XVIII. Folior. 58. f. maj. magnifice exaratus Exemplar est II. Dissertationum ab autore *J. B. Castillioneo* Canon. Diplomatices Professore publ. et Archid. *Ferdinandi Mediolani* Bibliothecario oblatum *Josepho* II. Imp. a. 1769. Dissertatio I. inscribitur: *Dell' antichissimo Rito di pregare per l' Imperatore interamente conservato nella sola Ambrosiana Chiesa.* Altera: *Chiesa di Milano Metropoli.* Vides illam liturgici, hanc canonici Fori esse. Utraque lucem publicam simul adspexit *Mediolani* 1771. 4. max. et quidem plenior; nam in Exemplo *ms.* deest locus Dicationis a verbis: *Felicità, di cui fra i vasti* &c. usque ad verba: *Così piaccia al supremo* &c. deest Praefatio, et Tabula Paragraphorum, desunt demum ad calcem Disputatio de Privilegio ab *Angilberto* II. Archiep. *Mediol.* Monasterio S. *Ambrosii* concesso, et Tabellarum aenearum, quibus utraque Dissertatio ornata est, Explicatio.

DCCCL.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 132. f. maj. per duas columnas luculente exaratus, coloribus, et variis Initiorum literis deauratis et picturatis speciosus, est *Missale* juxta ritum *Salisburgensis* Ecclesiae, et specialius deputatum *Altari beate Margarete virginis in Capella sancte Katherine sita in Cimiterio Noueciuitatis*, ut liquet e praefixo Calendario ad *Novembrem*, ubi Dedicatio hujus Altaris peragi dicitur R. 3166